

Johannes Potinius Johann Peparinus Johann Nendorf


**CONRADO VVELANDO || VERDENSI, BONARVM AR-||tium & philosophiae ma-
||gistro || Gratulantur populares || IOANNES POTINIVS.|| IOANNES PEPARINVS.||
IOANNES NENDORFIVS.||**

Helmstedt: Lucius, Jakob d.Ä., 1596

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788513354>

Druck Freier  Zugang





100
2806

~~4. Dd. 6~~

~~Heber V - 5344~~


~~with 4 more //~~

Cg-2065 1-30

Prox. lang. de. h. h. ad. m.

- 4 -





23.



CONRADO VVELANDO
VERDENSI, BONARVM AR-
tium & philosophiæ ma-
gistro

Gratulantur populares
IOANNES POTINIUS.
IOANNES PEPARINVS.
IOANNES NENDORFIUS.



*Helmeſtadij in acad. IVLIA,
IV. non. IXbr. cl3 ls IVC.*



IOAN. CASELIUS.
CONRADO GVELANDO.
S. D.

Etsi quod iam cogito, gratulandi munus, omni tristitia vacare debet: tamen, cum non nisi mentione facta Luderi Vuelandi, fratris tui, familiaris mei, te affari mihi posse videar, id facere absque singulari animi dolore nequeo. Acerba enim accidit mihi viri illius integerrimi casus recordatio: sed in re praterita, quamuis miserabili, neq. querela, neq. indignatione proficitur. Tibi ego & fratri tuo mitius fatum precor: utrumq. vero laudo, qui fraternis vestigijs olim ingressi, ab ijs deinceps non deflexeritis. Eadem enim & humanitatis & litterarum studia constanter colitis, & bonam operam in tenera etatis educatione ponitis, ut ille faciebat. Probauerat ea in re fidem & industriam suam non obscuris hominibus iam pridem: quod cum de meo testimonio cognouisset Orho ab Hoim, ceteros ei filios bonis moribus & bonis litteris imbuendos credidit, cum sextus, natus primus maiorisq. profectus, iam domi mea cum aequalibus viueret. Intelligit enim tantus vir, non omnia in nobilitate generis, in ceteris fortuna bonis positum esse minimum: recta educatione & cultura litterarum comparari vera bona, quibus unusquisq. & ipse niti, & alios beare possit. Hanc enim hominum vite viam ab initio nobis sapientes monstrant: immo ipse praescribit auctor, & largitor sapientiae. Quod ab ea cura reliquum erat temporis; id omne tribuebat studio sapientiae, ac praecipue se in eo confirmabat, quod agebat. Etenim civium filios cuiuscunq. ordinis, bene educare, non esse cuiuslibet, nec nisi bonis litteris praclare eruditi, recte iudicabat. Si enim
artis



artis est, accipitres ad aucupium, canes ad venandum educare: & equos, quibus in militia uti velis, rectè domare; quibus rebus etiam viri nobiles priscis seculis sedulo incubuisse accepimus, idemq; hodie ijdem faciunt; quàm arduum esse, & quantò maioris artis existimandum est, ex hominibus natos ad rectè viuendum, & patrie vsus fideliter instituere? Quin etiam plus dignitatis in se habeat, minimeq; vile sit, nunquam quisquam dubitauit bonorum & intelligentium. Neq; igitur, qui hoc munus obeunt, minus benè mereri de genere humano, quàm qui clauum reip. ipsi manu dirigunt, existimandi sunt. In litteris autem, atq; in ijs precipuè, quæ ad hanc rem pertinent, ita frater ille tuus se gesserat, ut & nobis & sue disciplinae alumnorum patri carus admodum esset, & fidei doctrinaq; laudem ab omnibus facile reportaret. Tu vero, cum porro eosdem bonæ indolis & singularis spei adolescentulos erudieris, primum tum patris, tum nostram beneuolentiam eadem arte atq; industria tibi peperisti: neq; non eandem laudem ex litteris & officio adeptus es. Quo nomine æquales tui tibi gratulantur, nec id plebeium in morem, sed benè cultis versibus: vnde vtrumq; apparet, & quàm elegantes litteras quanto studio ipsi quoq; colant, & quàm omni inuidia vacent, in quo multum esse virtutis semper existimant. Quàm autem ipse tibi faueam, te non fugit: tu verò puta, quando tibi præmium superati laboris tribuitur, simul te ad eundem vel maiorem in perpetuum & litteris obstringi & patriæ. Plus autem in ipsa virtute & meritis esse præmij statues, quàm in honoribus & quibuscung; commodis. Fortune enim bona sepe quoq; malis adfluunt: nec pauci adeò virtutis & doctrinæ insignia sine virtute & doctrina omnibus seculis omnibusq; locis fuisse consecuti. Nobis in loco honesto satis est dignitatis, & satis opum in vitæ necessarijs: quorum hæc parare, qui non se totum inertie somnoq; dederit, non difficilimum, illum tueri ei, qui in officio sit, per facile est. Vale. Helmaſtadij. in acad. IVLIA Cal. Nouembr. c15. 15. IVC.



E I D E M.



υχόρσαι, ὡς ὠκα καλῶν αὐτάξιον ἔργων
 ἔλλαχει ἄθλον ἀνὴρ, κρυφίῃ μακάρων ἰότητι
 ἄλλοτε οἶγ' ἄλλω ἀρετῆς ἀπέδωκαν ἀμοιβῆν,
 ὡς σφίσιν ἐστὶ Φίλον, χ' ὅτε χεῖρισμον ἀνδρὶ ἐκάστω,
 ἔδνα τ' ἀγαθῶν ἀγέραςεν εἰώπτες ἐσομεί.
 αὐτὸν κ' Κορραῖδε τρέπον, Φίλῳ ἠλικιώτα,
 περὶ δας μέγας δ' ὀνηπίης κ' ἀνήβη
 ἀγνῆ πμῆγας κ' ραδίηφιν ἐς ὤριον ἀνδρα
 τὴν πρὶν ὀφειλομένην κεφαλῇ σέο, Τέσπιδι Φωνῆ,
 ἐν παρῶντι φέρεις δάφνην, ἱερῶ σὸν ἐμίλω.
 εὖ μάλα σοι πῶδ' ἔχει χαλεπῶν μετὰ κύκλον ἀέθλων,
 εἶάτε πολλ' ἐξήντηγας, κρατερόφρονι θυμῶ,
 ὄρθιον ἀμβαίνων Ελικῶνα μετ' ἀγλαὸν ὕδωρ
 πηρασίδῳ κρήνης, φρένας ἰέμενῳ κορέσασθαι
 ἀμβροσίων λιβάδων, τῇ Παλλάδ' Ἀθήνη ὀπηδῶν
 εὖ σ' ἤρησάωρη, ἕως τέρμ' ἀν' ἐπ' ἀκρον ἰκῆαι.
 πᾶσιν ὁμῶ Φίλῳ ἐοσὶ θεοῖς, λητῆς δὲ μάλιστα
 χερσὶ πλῆρα ἤψω, κ' Μαΐας ποικιλομούθω.
 οὕτως γὰρ πυκνόντε νόον κ' ἐφίμερον ἦθος,
 μετὰ γαθῆς ἔτ' ἀναξ κ' ἰταρῆν τοι ὅπως ελυγείην,
 καλὴν, δαίδαλῆν, γλυκερὰς κελαδῆσαι αἰοιδάς,
 ὅσων τι φρένες ὀρνυνται, χ' ὅγε κομρὸς ἀνωγῆν.
 χαῖρέ μοι εἰς εὐκτὴν μάκαρῳ βίότιο πλευτήν,
 ὠ κεφαλῇ τριπέδητε, Φίλων μέγα κύδῳ ἐπάγρων,
 ὀλβοδόπειο διὸς δάρις, ποτιδέμενῳ ἄλλα
 πλείονα, τῆς δ' ἑστῆς ἐνεχ' ἤνθηνα, γαῖαν ἀφίξῃ.

Ioannes Potinius
 Verdenfis.

Nunc

Nunc Dryadū excantare choros, Faunosq; bicornes
Panaq; Capripedesq; Deos, Satyræ vnde Latine
Nomina lucrata, inuuet, inficianda theatris
Numina laurigeris, Cunrade reuoluere ab Elmo,

Dum festa votiuâ die deposcit acerra
Victimam, & emerito titulos & honoribus aucto
Dicendum bona verba tibi: sed cedit opacis
Alma dies tenebris, neq; lux discreta moratur
Humanis animis: nunquam non magna voluptas
Nescia vita sui. tum qui præconia veræ
Virtutis meditare, caue, iam naribus vncis
Indulget Codrus, morsu linoris adesus.

Si mihi succrescat scribendi læua cupido,
Accusator erit, cum fors mea discrepet isto
Et vox & ratio carbone. quid ergò Camænis
Spero meis? odium, tumidi conuicia Calui,
Gingiuæ expectem viduata sedilia, Struma
Subfannante. Sua hæc Baryænis orgia cedam,
Pro duce queis sensus ratio res vltima rerum est.

At stultum perhibent, qui non fastigia honorum
Ambiat, & laudet, miretur, adhinuiat, oret,
Quos procul è vulgo seponit opinio primos:
Induit arte sonum, dum casses occulit auceps.

Vertumni fraudum gens solertissima laudet
Sermonem balbi, faciem Ibersitis, & omni
Momento neget, adfirmet, quodcumq; iubetur.
Quà libet adfecto, sed quà licet ire capeßam


Hinc procul, vt memorem clara virtute redemptum
A vitijs, refugiq; inbiantem affinia veri:
Vt vacuis agitem stipando carmina chartis
Imposturarum proceres, queis sancta vetustas
Exilio ad Gades mulctatur, qui sibi viuunt
Carbones animo, lucro vitijsq; operati.

Si non ciuis ero heic, dum libera sensa referre
Gestio, dum veræ proscenia prædico laudis,
Concedam potius, quàm discam sumere vultum
Adfentatorum, placeant Catulusque Cacusq;
Si me nulla manent hinc emolumenta laborum,
Non cænas procerum non vnctæ obsonia capto;
E suriens verò Dea fluctuat Hippocrenes:
Aeris inops, manceps curarum nocte dieq;
Raucet, & Aonidum nescit contingere thyrsum:
Sed cui, quod satis est, quod vitæ sufficit auram,
Contingit, gazas nunquam petit, ambit, vt vnus
Segregus à populo videatur vixit: laborum hic
Præsidia & lauri rara cum laude reportat.

Hæc Cunrade tibi constat sententia: merces
Laurea ferta tibi: queis felix viuito: census
Monstrosam vendant faciem, fictumq; colorem
Mulorum: tibi maioris sit larga supellex
Doctrinæ veterum, quam nesciã nectaris auræ
Omnis arena Tagi, gemmarum auriq; ministra.

Ioannes Peparinus.

Beatus




BEatus ille, qui procul molestijs,
Curisq̄ue edacioribus,
Saturnijs velut quiete seculis
Gens vsa fertur aurea,
Suauiori dedit Hippocrenidum,
Quicquid dierum est, otio;
Totumq̄ue se recondit in Libethridum
Recessibus, quâ murmure
Delabitur leui caballinus liquor,
Formosa quâ rosaria
Sagacibus sufflant odorem naribus.
Nec hic laborum pondere
(Vocanda si labor, voluptas quæ mera est)
Vllo fatigandus die,
Velut tenella perstrepens in saltibus
Flores apis depascitur,
Limare, quicquid mella spirat, sedula,
Suisq̄; stipat sedibus,
Sic & nouem sororum amore feruido
Ductus, Mineruaq̄; auspice,
Hinc inde fauce nectar auida combibit,
Et mente condit intima,
Quicquid sopherum ebullijt de pectore,
Feliciori seculo.
At interim rates gementes Africo,
Et dissipata lintea,
Mercesq̄ue sæuo consecratas Nereo,
Qua fronte, queis angoribus
Suspiret, imis æger & præcordijs
Frigente rigeat sanguine


Mer-


Mercator, Euri deprecans ludibrium,
Curare perstat immemor.
Non vlla Mauri, nulla Daci iacula,
Lamæue trepidus ferreæ
Horret nitorem: nec resecta frigidis
Metalla venis fulgida
Stupet, quod infimi viri subsellij
Solent, reclusas queis fores
Obiecit ad serena templa Palladis,
Iuuenta culpis fertilis.
VVeilande, iuuenum flos, ocelle patriæ,
Sentisne mecum? per Iouem
Sentis. Latere me tuæ puertix
Cultus, nec ætas grandior,
Non mens, nec indoles potest, facerrimo
Amica temper ordini.
Sic terra nutrix, forsqu; mira perpetim
Nos iunxit ysu mutuo.
Salue potitus, eruditi concill
Suffragijs, hoc præmio
Virtutis. O factum bono sit alite,
Nouo auctus es quod nomine!

Joannes Nendorphius.












E I D E M.



υχόρσαι, ὡς ὠκα καλῶν αἰτάξιον ἔργων
 ἔλλαχεν ἄθλον ἄνθρ, κρυφίη μακάρων
 ἄλλοτε οἶγ' ἄλλω ἀρετῆς ἀπέδωκαν ἀμοιβή
 ὡς σφίσι ἐστὶ φίλον, χ' ὅτε χεῖριμον ἀνδρὶ
 ἰδένα τ' ἀγαθῶν ἀγέραςον εἰόντες ἐσαιεῖ
 αὐτὸν κ' Κορῆαδε τρέπον, Φίλθ' ἠλικιώτα,
 περὶ δας μέγας δὲ τὰ νηπιέης κ' ἀνήβη
 ἀγῆ τιμῆς κ' κραδίηφιν ἐς ὤριον ἄνδρα
 τὴν περὶ ὀφειλομένην κεφαλῆ σέο, γέσπιδι Φωνῆ,
 ἐν παρεόντι φέρεϊς δάφνη, ἱερῶ σὺνόμείλω.
 εὖ μάλα σοι τοδ' ἔχει χαλεπῶν μετὰ κύκλον ἀέθλων.
 εἶάτε πολλ' ἐξήντηλας, κρατερόφρονι θυμῶ,
 ὄρθιον ἀμβραίνων Ελικῶνα μετ' ἀγλαόν ὕδωρ
 πηλασίδθ' κρήνης, φρένας ἰέδμθ' κορέσαια
 ἀμβραστῶν λιβάδων, τῆ Παλλάδ' Ἀθῆνη ὀπηδῶν
 εὖ σ' ἠγλαμύνη, ἕως τέρμ' ἂν ἐπ' ἄκρον ἰκῆαι.
 πᾶσιν ὁμῶ Φίλθ' ἐσὶ θεοῖς, Λητῆς δὲ μάλισα
 χρυσολήρα ἠῶ, κ' Μαΐας ποικιλομύθη.
 οὕτως γὰρ ποικιλόντε νόον κ' ἐφίμερον ἦθος,
 μελαγχρῆς ἰε' τ' ἀναξ κίταρην τοὶ ὅπως ἐλυγείην,
 καλήν, δαυδαλέην, γλυκερὰς κελαδῆσαι αἰοδαίς,
 ὅσῳ τῶ φρένες ὄρνυνται, χ' ὄγε κρηρὸς ἀνωγεν.
 χαῖρέμοι εἰς εὐκτὴν μάκαρθ' βιότιο τελευτήν.
 ὠ κεφαλῆ τριπόητε, φίλων μέγα κύδθ' ἐτάξων,
 ὀλβοδότῳ διὸς δώροισ, ποτιδέδμθ' ἄλλα
 πλείονα, τῆς δέρετῆς ἐνεχ' εἴηνηνα γαῖαν ἀφίξῃ.

Ioannes Po
Verden



Nunc Dryadū excantare choros, Faunosq; bicornes
 Panaq; Capripedesq; Deos, Satyræ vnde Latine
 Nomina lucrata, inuet, inficianda theatris
 Numina laurigeris, Cui rade reuoluere ab Elmo,

Dum festa votina die deposcit acerra
 Victimam, & emerito titulos & honoribus aucto

Dicendum bona verba tibi: sed cedit opacis

Alma dies tenebris. *discreta moratur*

Humanis animi *non magna voluptas*

Nescia vitæ *uia veræ*

Virtutibus vncis

cas.

euâ cupido,

cto

enis

ama

gia cedam,

tima rerum est.

at, qui non fastigia honorum

retur, adhinmiat, oret,

Quo. go seponit opinio primos:

Induit num, dum casses occulit auceps.

Vertumni fraudum gens solertissima laudet

Sermonem balbi, faciem Ithersitis, & omni

Momento neget, adfirmet, quodcunq; iubetur.

Quâ libet adfecto, sed quâ licet ire capeffam

A 3

Hinc

